

**VLASTNÍ ZÁKON NEJVYŠŠÍHO TRIBUNÁLU APOŠTOLSKÉ SIGNATURY**  
LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE QUIBUS SUPREMI TRIBUNALIS  
SIGNATURAE APOSTOLICAE  
LEX PROPRIA PROMULGATUR<sup>1</sup>.

**LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE QUIBUS SUPREMI TRIBUNALIS SIGNATURAE APOSTOLICAE LEX PROPRIA PROMULGATUR.**

**APOŠTOLSKÝ LIST MOTU PROPRIO, jímž je promulgován Vlastní zákon Nejvyššího tribunálu apoštolské signatury.**

**BENEDICTUS PP. XVI**

**BENEDIKT XVI.**

Antiqua ordinatione tribunalium *Signaturae papalis gratiae et iustitiae* suppressa, ante centum annos Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal restituit, vel melius instituit, Sanctus Decessor Noster Pius PP. X, Constitutione Apostolica scilicet *Sapientii consilio* die XXIX mensis Iunii anni MCMVIII edita, qua Curiae Romanae ordinatio apte recognoscebatur, cuique adnexa erat *Lex propria Sacrae Romanae Rotae et Signaturae Apostolicae*. Idem quoque Summus Pontifex *Regulas servandas in iudiciis apud Supremum Apostolicae Signaturae Tribunal* die VI mensis Martii anni MCMXII confirmare ratasque facere dignatus est; quin immo vim iisdem auctoritatemque *Legis peculiaris* pro Supremo Apostolicae Signaturae Tribunali attribuens, in Actis Apostolicae Sedis referri, promulgari et ab omnibus, ad quos spectaret, stricte in posterum observari iussit.

Po zániku starého systému tribunálů Signatury papežské milosti a spravedlnosti náš svatý předchůdce Pius X. před sto lety obnovil či spíše založil Nejvyšší tribunál apoštolské signatury, a to apoštolskou konstitucí *Sapientii consilio* ze dne 29. června 1908, v níž bylo vhodně stanoveno řízení Římské kurie; k tomu byl připojen vlastní zákon Posvátné Římské rotý a Apoštolské signatury. Tento papež také ráčil potvrdit a uvést v platnost *Normy pro chod soudních procesů Nejvyššího tribunálu apoštolské signatury*, a to dne 6. března 1912; dal jim působnost a pravomoc *zvláštního zákona* pro Nejvyšší tribunál apoštolské signatury, což přikázal v Aktech Apoštolského stolce oznámit, vyhlásit a napříště přísně zachovávat všem, jichž se to týkalo.

Competentiae Signaturae Apostolicae ita determinatae a Successore eius Summo Pontifice Benedicto PP. XV, ad instantiam Eminentissimi Michaelis S.R.E. Cardinalis Lega, Supremi Tribunalis Praefecti, chirographo *Attentis expositis* diei XXVIII mensis Iunii anni MCMXV auctae et dein denuo expositae sunt in *Codice Iuris Canonici*, ab eodem Decessore Nostro paulo

Takto stanovené kompetence Apoštolské signatury byly jeho nástupcem, papežem Benediktem XV., rozšířeny ve vlastnoručním listě J. Em. kardinálu Michaelu Legovi, prefektovi Nejvyššího tribunálu, ze dne 28. června 1915 a pak znovu vyloženy v Kodexu kanonického práva, který byl tímto naším předchůdcem promulgován krátce poté, totiž dne 27. května 1917.

<sup>1</sup> Benedetto XVI, M.p. «*Antiqua ordinatione*», quo Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae „*lex propria*“ promulgatur, 21 giugno 2008, in *AAS*, 100 (2008), pp. 513–538 (citato *Lex propria Signaturae 2008*) (fasciolo 8, 1° agosto 2008, inviato alla Segnatura Apostolica il 17 dicembre 2008)

postea, id est die XXVII mensis Maii anni MCMXVII, promulgato.

Quae fere immutatae permanserunt usque ad Constitutionem Apostolicam *Regimini Ecclesiae universae*, qua Summus Pontifex Paulus PP. VI, venerandae memoriae, die XV mensis Augusti anni MCMLXVII novam Romanae Curiae ordinationem ad effectum alacriter adduxit, Sectionem Alteram ad summa eaque principalia fidelium iura aptius tuenda apud Tribunal Signaturae Apostolicae induxit eiusque munus rectae iustitiae administrationi invigilandi ad causas quoque matrimoniales extendit.

Huiusmodi magnae innovationes requirebant ut quam primum *Normae Speciales* redigerentur, quae ab eodem Summo Pontifice iam die XXIII mensis Martii anni MCMLXVIII ad experimentum approbatae sunt, deinceps *Regulas servandas* substituerunt et per quadraginta annos viguerunt in periodo profundae recognitionis legislationis canonicae.

Promulgavit enim Servus Dei Ioannes Paulus PP. II die XXV mensis Ianuarii anni MCMLXXXIII Codicem Iurium Canonici, die XXVIII mensis Iunii anni MCMLXXXVIII Constitutionem Apostolicam *Pastor bonus* et die XVIII mensis Octobris anni MCMXC Codicem Canonum Ecclesiarum Orientalium.

Quibus omnibus feliciter completis, tandem aliquando aggrediendum erat opus redigendi *Legem propriam*, quae iuxta art. 125 Constitutionis Apostolicae *Pastor bonus* Supremum regeret Tribunal Signaturae Apostolicae. Paratum schema *Legis propriae* Eminentissimi ac Excellentissimi huius Supremi Tribunalis Patres, moderante Eminentissimo Augustino S.R.E. Cardinale Vallini eiusdem Dicasterii Praefecto, in Congregatione Plenaria dierum XV et XVI mensis Novembris anni MMVII sedulo subiecerunt examini atque emendatum normarum textum Nobis deferendum statuerunt ut Apostolica sanctione ditaretur.

En recognita

Tyto kompetence zůstaly téměř nezměněny až do vydání apoštolské konstituce *Regimini Ecclesiae universae*, v níž papež Pavel VI. ctihodné paměti dne 15. srpna 1967 uvedl v účinnost nové zřízení Římské kurie, přičemž k tribunálu Apoštolské signatury připojil Druhou sekci, aby mohla být nejvyšší a základní práva věřících lépe chráněna, a rozšířil její pravomoc také na oblast řádného výkonu spravedlnosti ve vztahu k manželským případům.

Tyto velké nové změny vyžadovaly, aby byly co nejdříve vydány Zvláštní normy, které pak byly tímto papežem schváleny na zkoušku dne 23. března 1968; následně pak nahradily *Normy pro chod soudních procesů* a byly v platnosti po čtyřicet let v období prohlubování poznání kanonické legislativy.

Služebník Boží papež Jan Pavel II. pak dne 25. ledna 1983 promulgoval Kodex kanonického práva, dne 28. června 1988 vydal apoštolskou konstituci *Pastor bonus* a dne 18. října 1990 [promulgoval] *Kodex kánonů východních církví*.

Když bylo toto vše šťastně dovršeno, zbývalo ještě, abychom přistoupili k redigování *Vlastního zákona*, jímž se podle čl. 125 apoštolské konstituce *Pastor bonus* má řídit Nejvyšší tribunál apoštolské signatury. Nejdůstojnější a nejctihodnější otcové tohoto Nejvyššího tribunálu pod vedením J. Em. kardinála Augustina Valliniho podrobili připravené schéma *Vlastního zákona* přísnému zkoumání na plenárním zasedání ve dnech 25.–26. listopadu 2007 a rozhodli, aby byl text upravený podle [příslušných] norem předložen Nám k opatření apoštolskou pravomocí.

Zde je tedy schválený:

**LEX PROPRIA SUPREMI TRIBUNALIS  
SIGNATURAE APOSTOLICAE.**

**TITULUS I.  
DE CONSTITUTIONE ET MUNERIBUS**

Caput I.

De constitutione Signaturae Apostolicae

Art. 1. § 1. Supremum Tribunal Signaturae Apostolicae constat coetu Patrum Cardinalium et Episcoporum, qui a Summo Pontifice nominantur; ei praeest Cardinalis Praefectus, ab Eodem Summo Pontifice delectus.

§ 2. Coetui Membrorum adscribi quoque possunt aliqui clerici, integrae fama, in iure canonico doctores atque eximia doctrina canonica praediti.

§ 3. Supremum Tribunal, nisi aliud caveatur, causas cognoscit per collegia, salva facultate Praefecti eas deferendi ad Signaturam Plenam.

§ 4. Sancta Sede vacante, Praefectus et Membra a munere cessant.

Art. 2. § 1. Praefecto auxilio est Secretarius in Signaturae Apostolicae negotiis personisque moderandis.

§ 2. Sancta Sede vacante, Secretarius ordinario moderamini Signaturae Apostolicae prospicit, negotia tantum ordinaria gerens; ipse vero indiget confirmatione Summi Pontificis, intra tres ab Eius electione menses.

Art. 3. In Dicasterio operam praestant Promotor iustitiae, Defensor vinculi, Promotores iustitiae Substituti et Praepositus Cancellariae, necnon congruus Officialium et Adiutorum numerus. Eidem adsunt, tamquam consultores, Referendarii.

Art. 4. Secretarius, Promotor iustitiae, Defensor vinculi, Promotores iustitiae Substituti, utpote Administrum maiores, necnon Referendarii a Summo Pontifice nominantur. Officiales et Adiutores assumuntur ad normam Ordinationis generalis Romanae Curiae.

**VLASTNÍ ZÁKON NEJVYŠŠÍHO  
TRIBUNÁLU APOŠTOLSKÉ SIGNATURY**

**ČÁST I.  
USTANOVENÍ A ÚKOLY**

Kapitola I.

Ustanovení Apoštolské signatury

Čl. 1 § 1 Nejvyšší tribunál apoštolské signatury je tvořen sborem otců kardinálů a biskupů, které jmenuje papež. V čele tohoto sboru stojí kardinál-prefekt, rovněž vybraný papežem.

§ 2 Členy tohoto sboru se mohou stát také jiní duchovní bezúhonné pověsti, doktoři kanonického práva, kteří vynikají ve znalosti právní nauky.

§ 3 Není-li důvod k obavám, řeší Nejvyšší tribunál jednotlivé případy v kolegiích. Prefekt má pak pravomoc předložit jednotlivé případy plénu.

§ 4 Při uprázdnění Svatého stolce se pozastavuje činnost prefekta a členů sboru.

Čl. 2 § 1 V řízení činnosti a personálních otázkách Apoštolské signatury je prefektovi nápomocen sekretář.

§ 2 Při uprázdnění Svatého stolce se sekretář stará o řádný chod Apoštolské signatury a věnuje se pouze standardní činnosti. V průběhu tří měsíců od volby nového papeže si od něj vyžádá potvrzení.

Čl. 3 V tomto dikasteriu působí ochránce spravedlnosti, obhájce svazku, zastupující ochránci spravedlnosti, vedoucí kanceláře a příhodný počet úředníků a pomocníků. Jim jsou nápomocni referendáři coby poradci.

Čl. 4 Sekretář, ochránce spravedlnosti, obhájce svazku a zastupující ochránci spravedlnosti coby vyšší úředníci, jakož i referendáři jsou jmenováni papežem. Úředníci a pomocníci jsou přibíráni podle normy všeobecného řízení Římské kurie.

## ADNOTATIO IURISPRUDETI XXXI.

Art. 5. § 1. Praefectus Signaturam Apostolicam moderatur, eam dirigit eiusdemque personam gerit.

§ 2. Ipsius potissimum est:

1° Collegium Iudicum constituere vel Signaturam Plenam convocare, designare Ponentem et Iudicum Sessionibus praeesse;

2° Congressui praeesse et in eo decisiones ferre;

3° petitas gratias concedere et decreta decisoria extra Congressum ferre.

Art. 6. § 1. Secretarius, sub auctoritate Praefecti, omnia ad instructionem et expeditionem negotiorum spectantia peragenda curat.

§ 2. Ipsius potissimum est:

1° instantias receptas aliasque quaestiones examinandas committere;

2° recursus aliasve instantias, si casus ferat, in limine reicere;

3° munus Auditoris explere;

4° Iudicum conventui adstare ad causam illustrandam, salvo art. 47, § 2;

5° curare ut epistolae et decreta a Praefecto vel a seipso subsignanda rite redigantur;

6° bona administrare.

§ 3. Vices Praefecti absentis vel impediti gerit, salvo casibus ipsi Praefecto reservatis.

Art. 7. § 1. Promotor iustitiae, quem saltem duo Substituti adiuvant, intervenit in causis et quaestionibus rectam administrationem iustitiae spectantibus.

§ 2. In causis iudicialibus et contentiosis administrativis dimicat super partes pro iustitia et veritate; in causis vero poenalibus et disciplinariis, mandante Praefecto, promovet actionem.

§ 3. Vices Secretarii impediti vel absentis

Čl. 5 § 1 Prefekt řídí činnost Apoštolské signatury, vede ji a je jejím statutárním zástupcem.

§ 2 Jemu především přísluší:

1. ustanovit kolegium soudců nebo svolat plenární zasedání Signatury, jmenovat zpravodaje a předsedat zasedání soudců;

2. předsedat kongresu a vynášet na něm rozhodnutí;

3. udělovat vyžádané výsady a vydávat rozhodující dekrety mimo kongres.

Čl. 6 § 1 Sekretář, podřízený prefektovi, pečuje o vše, co se týká zpracování a plnění úkolů signatury.

§ 2 Jemu především přísluší:

1° shromažďovat přijaté případy a další otázky k řešení;

2° odmítat rekurzy a jiné žádosti, je-li třeba;

3° zastávat úkol auditora;

4° být k dispozici shromáždění soudců, aby objasnil daný případ, při zachování předpisu čl. 47 § 2;

5° pečovat o řádné odesílání korespondence a dekretů, které vyžadují podpis prefekta i jeho vlastní;

6° spravovat hmotný majetek.

§ 3 V nepřítomnosti prefekta nebo v době, kdy je mu bráněno ve výkonu funkce, jej zastupuje s výjimkou případů vyhrazených samotnému prefektovi.

Čl. 7 § 1 Ochránce spravedlnosti, jemuž pomáhají alespoň dva zástupci, intervnuje v případech a otázkách majících přímý vztah k výkonu spravedlnosti.

§ 2 V soudních a správních sporných případech bdí nad tím, aby se strany sporu neodchylovaly od spravedlnosti a pravdy. V trestních a kárných případech na základě pověření prefektem vykonává rozsudek.

§ 3 Je-li sekretáři bráněno ve výkonu jeho

agit.

§ 4. A munere cessat septuagesimo quinto aetatis expleto anno.

Art. 8. § 1. Defensor vinculi intervenire debet in causis et negotiis in quibus agitur de nullitate sacrae ordinationis aut de nullitate vel solutione matrimonii; praeter casus in quibus ex natura rei eius interventus evidenter requiritur, Secretarii est decernere utrum intervenire debeat, necne, firmo art. 22.

§ 2. Ipse officio tenetur proponendi et exponendi omnia quae rationabiliter adduci possint adversus nullitatem vel solutionem.

§ 3. A munere cessat septuagesimo quinto aetatis expleto anno.

Art. 9. Ad munus promotoris iustitiae vel defensoris vinculi in casu exercendum, Secretarius iusta de causa deputare potest, praeter Administros maiores, Referendarios aliosve peritos.

Art. 10. § 1. Referendarii, salvo art. 9, munus obtinent consultorum, qui votum pro scientia et experientia super proposita quaestione proferunt.

§ 2. Referendarii ornari debent laurea doctorali in iure canonico necnon honestate vitae, prudentia et iuris peritia enitere.

Art. 11. § 1. Praepositus Cancellariae eandem, sub ductu Secretarii, moderatur.

§ 2. Ipsius potissimum est acta nomine Cancellariae expedienda signare, sigillum Signaturae Apostolicae custodire, summarium causarum conficere et mandata solutionis vel exactionis parare.

§ 3. Adiuvantibus Notariis et addictis, ipse praesertim quoque prospicit ut acta omnia, quae ad Signaturam perveniunt, in protocollo referantur; progressus causarum adnotetur; epistolae, decreta et rescripta, iuxta mandata recepta, rite conficiantur et expendantur; acta in tabulario rite custodiantur atque in bibliotheca adsint necessaria consultationis opera.

funkce nebo je-li nepřítomen, zastupuje jej.

§ 4 Po dovršení pětasedmdesáti let věku pozbývá svého úřadu.

Čl. 8 § 1 Obhájce svazku povinně intervenuje v případech a záležitostech, v nichž se jedná o nulitu svátostného svěcení nebo o nulitu či rozvázání manželství. Mimoto v případech, které evidentně ze své podstaty vyžadují jeho intervenci, přísluší sekretáři, aby rozhodl, zda má k této intervenci dojít, při zachování čl. 22.

§ 2 Je vázán povinností předkládat a vykládat vše, co lze rozumně uvést proti nulitě nebo rozvázání.

§ 3 Po dovršení pětasedmdesáti let věku pozbývá svého úřadu.

Čl. 9 Ze spravedlivého důvodu může v jednotlivých případech výkonem funkce ochránce spravedlnosti nebo obhájce svazku pověřit sekretář nejen vyšší úředníky, ale i referendáře a ostatní znalce.

Čl. 10 § 1 Při zachování čl. 9 plní referendáři úkol poradců, kteří na základě svých znalostí a zkušeností poskytují dobrozdání k předloženému případu.

§ 2 Referendáři musí být nositeli doktorátu z kanonického práva a vynikat počestným životem, obezřetností a znalostí práva.

Čl. 11 § 1 Vedoucí kanceláře ji řídí pod vedením sekretáře.

§ 2 Jemu především přísluší jménem kanceláře podpisovat akta k vydání, střežit pečeť Apoštolské signatury, vytvářet souhrnné zprávy jednotlivých případů a formulovat rozhodnutí o vyřešení nebo výkonu rozsudku.

§ 3 S pomocí notářů a dalších pomocníků zvláště dbá na to, aby bylo vše, co obdrží Signatura, zaneseno do protokolu; aby byl zaznamenáván postup v jednotlivých případech; aby byly dopisy, dekry a reskripty na základě obdržených pokynů řádně stylizovány a odeslány; aby byla akta v kartotéce řádně uchovávána a aby v knihovně bylo k dispozici vše potřebné pro



§ 4. Ipse curat ut omnes decisiones colligantur, quarum aliquae, quotannis a Praefecto in Congressu selectae, ope Supremi Tribunalis publici iuris fiunt.

Art. 12. §1. Praepositus Cancellariae ceterique notarii publicam fidem faciunt de actis coram se gestis ac cum autographo exemplarium testantur fidelitatem.

§ 2. Secretarius addictis Cancellariae ad actum munus notarii concedere valet.

Art. 13. § 1. Notarii et addicti Cancellariae, pro peculiaribus muneribus ipsis concreditibus, epistolas, decreta et rescripta exscribunt ac de statu quaestionum pertractandarum referunt.

§ 2. Notariorum senior nominatione vices gerit Praepositi Cancellariae ad tempus absentis vel impediti.

Art. 14. Apparitores Signaturae munere quoque cursoris funguntur.

Art. 15. Administratores maiores, Officiales et Adiutores, in Indice munerum (Tabella organica) Signaturae Apostolicae recensiti, munera sibi assignata sub ductu Superiorum sedulo adimpleant.

### Caput III.

#### De patronis

Art. 16. § 1. Partes stare in iudicio possunt solummodo per patronum, seu procuratorem-advocatum.

§ 2. Quod si pars recurrens, de re certior facta, intra praestitutum terminum non providerit nec idoneam excusationem attulerit vel gratuitum patrocinium obtinuerit, Secretarius causam declarat peremptam.

Art. 17. § 1. Causarum patrocinium suscipere possunt Advocati apud Curiam Romanam.

§ 2. Admittuntur praeterea in causis iudicialibus, de quibus in art. 33, necnon in causis disciplinaribus, de quibus in art. 35, n.

konzultaci.

§ 4 Pečuje, aby byla shromažďována všechna rozhodnutí, z nichž jsou některá, jež každoročně vybírá na kongresu prefekt, vydána nákladem Nejvyššího tribunálu.

Čl. 12 § 1 Vedoucí kanceláře a ostatní notáři ručí za věrohodnost všech akt, která zpracovali, a potvrzují ji vlastnoručním podpisem.

§ 2 Sekretář může pověřit pomocníky kanceláře výkonem funkce notáře.

Čl. 13 § 1 Notáři a pomocníci kanceláře na základě svých zvláštních úkolů koncipují dopisy, dekrety a reskripty a referují o průběhu projednávání jednotlivých otázek.

§ 2 Služebně nejstarší notář zastupuje vedoucího kanceláře, je-li mu bráněno ve výkonu jeho funkce nebo je-li nepřítomen.

Čl. 14 *Apparitores*<sup>2</sup> Signatury zastávají také funkci soudních doručovatelů.

Čl. 15 Vyšší i ostatní úředníci a pomocníci pečlivě plní své úkoly pod vedením svých nadřízených na základě Rozpisu úkolů (organogramu) Apoštolské signatury.

### Kapitola III.

#### Patroni

Čl. 16 § 1 Strany účastníci se soudního řízení tak mohou učinit jen prostřednictvím patrona neboli prokurátora-advokáta.

§ 2 Proto jestliže si žádající strana, o věci zpravená, v rámci stanovené lhůty neobstará patrona, nepředloží příhodnou omluvu nebo nezíská bezplatného zástupce, prohlásí sekretář případ za zaniklý.

Čl. 17 § 1 Patronát v jednotlivých případech mohou přijmout advokáti Římské kurie.

§ 2 Mimoto se pro soudní řízení, o nichž viz čl. 33, i pro disciplinární řízení, o nichž viz čl. 35 č. 1, připouštějí také advokáti Římské

<sup>2</sup> Lat. *apparitor* označuje specifického zaměstnance soudu, výkonného úředníka, pro nějž čeština nemá výraz.

## ADNOTATIO IURISPRUDETI XXXI.

### 1, Advocati Rotae Romanae.

§ 3. In causis contentiosis administrativis, de quibus in art. 34, Praefectus ad casum admittere valet Advocatos Rotae Romanae, dummodo in re vere peritos, vel, si casus ferat, alium vere peritum laurea doctorali in iure canonico ornatum.

§ 4. Advocati apud Curiam Romanam initio suscepti muneris, ceteri initio susceptae causae contentiosae administrativae, iusiurandum praestare tenentur de secreto servando deque munere rite et fideliter explendo.

Art. 18. § 1. Patronus pro munere suo tenetur tueri iura partis atque secretum officii servare.

§ 2. Ipsius est partem repraesentare, libellos aut recursus exhibere, eam de statu causae certiores facere, notificationes pro ea recipere atque eam defendere.

Art. 19. § 1. Patroni iure ad congruum honorarium gaudent.

§ 2. Si quaestio oriatur de emolumento, Secretarius ad instantiam partis vel ex officio, auditis iis quorum interest, rem definit, salvo recursu ad Praefectum, firmis artt. 35, n. 1, et 113.

Art. 20. Patroni de mandato Secretarii gratuitum patrocinium praebere tenentur, salva aequa compensatione, solvenda, si casus ferat, ex arca Supremi Tribunalis.

### Caput IV.

#### De disciplina servanda

Art. 21. Collegium Iudicum quinque membris constituitur, nisi Praefectus in Congressu decernat recursum adversus decretum reiectionis in Congressu latum, quoties datur, a Collegio trium Iudicum iudicandum esse.

Art. 22. § 1. In Congressu Praefectus decisionem fert, intervenientibus Secretario, Promotore iustitiae, Defensore vinculi et Promotoribus iustitiae Substitutis necnon aliis forte ad munus promotoris iustitiae vel

roty.

§ 3 Ve sporných administrativních řízeních, o nichž viz čl. 34, může prefekt v jednotlivých případech připustit advokáty Římské roty, jsou-li v dané otázce skutečnými znalci, nebo v případě nutnosti i jiného znalce s titulem doktorátu kanonického práva.

§ 4 Povinností složit přísahu o zachování mlčenlivosti a o řádném a poctivém splnění povinností jsou vázáni advokáti Římské kurie před přijetím úkolu, ostatní pak před přijetím sporného administrativního řízení.

Čl. 18 § 1 Patron je při svém úkolu vázán povinností hájit práva zastupované strany a zachovávat povinnou mlčenlivost.

§ 2 Jeho úkolem je zastupovat stranu sporu, předkládat žaloby nebo rekurzy, zpravovat ji o stavu sporu, přijímat za ni oznámení a hájit ji.

Čl. 19 § 1 Patronům právem náleží odpovídající honorář.

§ 2 Vyvstane-li spor ohledně příjmů, rozhodne věc sekretář na výzvu strany nebo z povinnosti po jednání s těmi, jichž se daná věc týká, při zachování práva odvolat se k prefektovi podle čl. 35 č. 1 a čl. 113.

Čl. 20 Patroni jsou vázáni povinností vykonávat patronát zdarma na pokyn sekretáře, přičemž jim v případě potřeby přísluší odpovídající kompenzace z pokladny Nejvyššího tribunálu.

### Kapitola IV.

#### Disciplinární ustanovení

Čl. 21 Soudní senát je pětičlenný, pokud prefekt na kongresu nerozhodne, že odvolání proti zamítavému rozhodnutí předložené na kongresu má být posouzeno tříčlenným senátem.

Čl. 22 § 1 Na kongresu vynáší rozhodnutí prefekt za spoluúčasti sekretáře, ochránce spravedlnosti, obhájce svazku a zastupujících ochránců spravedlnosti, jakož i těch, kdo byli v jednotlivých případech

## ADNOTATIO IURISPRUDETI XXXI.

defensoris vinculi in causis pertractandis deputatis, adstante Praeposito Cancellariae; ad eum invitari possunt, de iudicio Praefecti, Referendarii quorum praesentia utilis censetur.

§ 2. In casu urgenti sufficit ut adsint, praeter Praefectum et Secretarium eiusve vices agentem, duo alii ex convocatis.

Art. 23. § 1. Praefectus, Iudices, Secretarius, Promotor iustitiae et Defensor vinculi abstinere debent a causa pertractanda in casibus de quibus in cann. 1448, § 1 Codicis Iuris Canonici et 1106, § 1 Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium.

§ 2. Si Praefectus a causa abstinere, eius munera in causa exercenda sunt a Secretario usque ad Iudicium Sessionem, cui vero praestit Cardinalis Iudex ordinis et promotionis prior.

§ 3. Si Secretarius a causa abstinere, eius munera in causa exercenda sunt a Promotore iustitiae.

Art. 24. § 1. His in casibus, nisi ipsi abstineant, pars potest eos recusare.

§ 2. Si Praefectus aliusve Cardinalis recusetur, pars recusans, Signatura certiore facta, rem Summo Pontifici deferat; reliquis in casibus de recusatione videt Praefectus.

Art. 25. Professionem fidei necnon iusiurandum de secreto servando deque munere rite et fideliter obeundo omnes, initio suscepti officii, coram Praefecto praestare tenentur, praesente Notario.

Art. 26. § 1. Patroni id petentes obtinere possunt actorum exemplar, de licentia Secretarii auditoque Promotore iustitiae; ipsi autem gravi obligatione tenentur ne actorum quorumlibet exemplar, ex toto vel ex parte, aliis, partibus haud exceptis, tradatur.

§ 2. Publicatio seu intimatio decisionum, ad omnes iuris effectus, fit tradendo vel transmittendo earum exemplar Patronis.

Art. 27. § 1. Termini actis processualibus

pověřeni úkolem ochránce spravedlnosti nebo obhájce svazku, v přítomnosti vedoucího kanceláře; ke kongresu mohou být přizváni na základě prefektova úsudku také zpravodajové, jejichž přítomnost se jeví být užitečnou.

§ 2 V urgentním případě postačí, aby byli přítomni kromě prefekta a sekretáře nebo jejich zástupců dva z těch, kdo byli povoláni.

Čl. 23 § 1 Prefekt, soudci, sekretář, ochránce spravedlnosti a obhájce svazku se musí zdržet účasti na procesech v případech, o nichž pojednávají kánon 1448 § 1 CIC a kánon 1106 § 1 CCEO.

§ 2 Zdrží-li se prefekt případu, jeho povinnosti v rámci procesu přecházejí na sekretáře až na zasedání soudců, jemuž předsedá kardinál-soudce, v pořadí podle stupně a postavení.

§ 3 Zdrží-li se sekretář případu, jeho povinnosti v rámci procesu přecházejí na ochránce spravedlnosti.

Čl. 24 § 1 V těchto případech má právo strana sporu [tyto členy tribunálu] odmítnout, pokud se sami nezdrží.

§ 2 Je-li odmítnut prefekt nebo jiný kardinál, uvědomí o tom odmítající strana signaturu a záležitost se svěří papeži. V ostatních případech řeší odmítnutí prefekt.

Čl. 25 Všichni jsou vázáni povinností složit před prefektem v přítomnosti notáře vyznání víry a přísahu o zachování tajemství a o řádném a poctivém zastávání povinností.

Čl. 26 § 1 Pokud o to požádají, mohou patroni se svolením sekretáře a po vyjádření ochránce spravedlnosti obdržet exemplář akt. Jsou však přísně vázáni k tomu, aby nepředali exemplář jakýchkoli akt v celku nebo zčásti nikomu jinému, strany nevyjímaje.

§ 2 Zveřejnění nebo sdělení rozhodnutí se všemi právními důsledky se děje předáním nebo zasláním jejich exempláře patronům.

Čl. 27 § 1 Lhůty stanovené v procesních



## ADNOTATIO IURISPRUDETI XXXI.

statuti sunt ordinatorii, nisi iure peremptorii sint vel expresse declarentur.

§ 2. Ius tamen est Praefecto necnon Secretario terminos peremptorios constituere, si id requiratur pro casu expedite solvendo.

§ 3. Termini in hac lege statuti intelleguntur utiles.

Art. 28. § 1. Nisi aliud caveatur, adversus Secretarii decretum non mere ordinatorium datur recursus motivis suffultus ad Praefectum intra terminum peremptorium decem dierum proponendus.

§ 2. Quoties adversus decretum Congressus datur facultas recurrenti ad Collegium, recursus motivis suffultus exhibendus est intra terminum peremptorium decem dierum.

Art. 29. § 1. Signaturam Apostolicam fas est adire, praeterquam officiali latino sermone, etiam sermonibus hodie latius cognitis. Si vero quis eam alia lingua adeat, Secretarius exigere potest ut ipse lingua latius cognita utatur.

§ 2. Ceterae instantiae, defensiones et vota exhibenda sunt lingua latina.

Caput V.

De expensis et de gratuito patrocinio

Art. 30. § 1. Congressus normas statuit de cautionibus deponendis, expensis iudicialibus, honorariis et taxis pro rescriptis.

§ 2. Secretarius potest, iusta de causa, singulis in casibus aliud statuere de cautione deponenda vel taxa solvenda.

§ 3. In decisionibus statuitur circa expensas, honoraria et, si casus ferat, damna reficienda.

Art. 31. § 1. Qui gratuitum patrocinium petit, praesumpto bono iure gaudere debet ad causam agendam atque probationes exhibere, quibus eius oeconomica condicio appareat.

§ 2. Praefectus, auditis Secretario et Promotore iustitiae, decreto beneficium, vel ex toto vel ex parte, concedit aut denegat.

aktech jsou běžné, nestanou-li se podle práva propadnými nebo nejsou-li za takové výslovně prohlášeny.

§ 2 Prefekt a sekretář mají ovšem právo stanovit propadné lhůty, vyžaduje-li to rychlé projednání případu.

§ 3 Lhůty stanovené tímto zákonem se chápou jako lhůty užitečného času.

Čl. 28 § 1 Není-li pro jiné řešení zvláštní důvod, proti rozhodnutí sekretáře, a to nejen řádnému, je třeba podat rekurz s uvedením důvodů prefektovi během desetidenní propadné lhůty.

§ 2 Je-li dána možnost odvolání proti rozhodnutí kongresu ke kolegiu, je třeba předložit rekurz s uvedením důvodů během desetidenní propadné lhůty.

Čl. 29 § 1 Na Apoštolskou signaturu se lze obracet kromě oficiálního latinského jazyka také v současných světových jazycích. Obrátí-li se někdo [na Apoštolskou signaturu] v jiném jazyce, může sekretář požadovat, aby použil známější jazyk.

§ 2 Ostatní žádosti, obhajoby a vyjádření at' jsou podávány latinsky.

Kapitola V.

Poplatky a bezplatný patronát

Čl. 30 § 1 Kongres stanoví normy pro platbu kaucí, soudních výdajů, honorářů a poplatků za reskripty.

§ 2 Sekretář může ze spravedlivého důvodu v jednotlivých případech stanovit složení jiné kauce nebo platbu poplatku.

§ 3 V rozhodnutích jsou stanoveny výdaje, honoráře, popřípadě i pokuty.

Čl. 31 § 1 Kdo žádá o bezplatný patronát, musí se těšit řádnému právu na tuto úlevu a musí předložit důkazy, z nichž vyplývá jeho ekonomická situace.

§ 2 Prefekt po poradě se sekretářem a ochráncem spravedlnosti vydá rozhodnutí tuto výsadu zcela nebo zčásti poskytnout

ADNOTATIO IURISPRUDETI XXXI.

- § 3. A Praefecti decreto non datur appellatio, sed pars intra quindecim dies ad eundem Praefectum recurrere potest.
- § 4. Concesso gratuito patrocinio, Secretarius Patronum ex officio nominat.
- nebo odepřít.
- § 3 Proti tomuto rozhodnutí prefekta se nelze odvolat, strana se však na prefekta může znovu obrátit během patnácti dní.
- § 4 Je-li poskytnuta výsada bezplatného patronátu, jmenuje sekretář patrona *ex off.*

**TITULUS II.  
DE COMPETENTIA  
SIGNATURAE APOSTOLICAE**

Art. 32. Dicasterium, praeter munus, quod exercet, Supremi Tribunalis, consulit ut iustitia in Ecclesia recte administretur.

Art. 33. Signatura Apostolica cognoscit:

1° querelas nullitatis contra decisiones definitivas vel vim sententiae definitivae habentes Rotae Romanae;

2° petitiones restitutionis in integrum contra decisiones Rotae Romanae;

3° recursus, in causis de statu personarum, adversus denegatum a Rota Romana novum causae examen;

4° exceptiones suspicionis aliasque causas contra Iudices Rotae Romanae propter acta in exercitio ipsorum muneris;

5° conflictus competentiae inter tribunalia, quae non subiciuntur eidem tribunalii appellationis, nisi aliud iure provisum sit.

Art. 34. § 1. Signatura Apostolica cognoscit de recursibus, intra terminum peremptorium sexaginta dierum utilium interpositis, adversus actus administrativos singulares sive a Dicasteriis Curiae Romanae latos sive ab ipsis probatos, quoties contendatur num actus impugnatus legem aliquam in decernendo vel in procedendo violaverit.

§ 2. In his casibus, praeter iudicium de illegitimitate, cognoscere etiam potest, si recurrens id postulet, de reparatione damnorum actu illegitimo illatorum.

§ 3. Cognoscit etiam de aliis controversiis administrativis, quae a Romano Pontifice vel a Romanae Curiae Dicasteriis ipsi deferantur necnon de conflictibus competentiae inter eadem Dicasteria.

**ČÁST II  
KOMPETENCE APOŠTOLSKÉ SIGNATURY**

Čl. 32 Jednotlivá dikasteria krom svých vlastních úkolů napomáhají Nejvyššímu tribunálu ve správném výkonu spravedlnosti v církvi.

Čl. 33 Apoštolská signatura projednává:

1. stížnosti na neplatnost konečných rozhodnutí nebo rozhodnutí majících charakter konečného výroku Římské roty;

2. žádosti o návrat do právně původního stavu proti rozhodnutí Římské roty;

3. rekurz proti zamítavému rozhodnutí Římské roty ohledně nového projednání záležitosti, které se týká stavu osob;

4. výhrady stran podezření nebo jiné případy proti soudcům Římské roty z důvodu jejich jednání při výkonu funkce;

5. kompetenční spory mezi soudy, které nepodléhají témuž odvolacímu soudu, není-li právem stanoveno jinak.

Čl. 34 § 1 Apoštolská signatura projednává odvolání podaná během užitečné propadné doby šedesáti dní proti jednotlivým administrativním úkonům vykonaným nebo schváleným dikasterii Římské kurie, je-li předmětem sporu, zda při tom kterém úkonu byl rozhodnutím nebo provedením porušen zákon.

§ 2 V těchto případech, krom rozsudku o nelegitimitě, může také jednat, žádá-li o to odvolávající se, o nápravu škod vzniklých nelegitimním úkonem.

§ 3 Projednává také ostatní administrativní spory, které jí svěří Římský biskup nebo jednotlivá dikasteria Římské kurie, jakož i kompetenční spory mezi těmito dikasterii.

## ADNOTATIO IURISPRUDETI XXXI.

Art. 35. Signaturae Apostolicae quoque est rectae administrationi iustitiae invigilare, et speciatim:

1° in ministros tribunalium, advocatos vel procuratores, si opus sit, animadvertere;

2° videre de petitionibus Sedi Apostolicae porrectis ad obtinendam causae commissionem apud Rotam Romanam, dispensationem a legibus processualibus, Ecclesiis orientalibus haud exclusis, vel aliam gratiam relative ad iustitiam administrandam;

3° tribunalium inferiorum competentiam prorogare;

4° approbationem Tribunalis appellationis Sanctae Sedi reservatam concedere;

5° promovere et approbare erectionem tribunalium interdioecesanorum;

6° cognoscere de iis quae Signaturae Apostolicae per conventiones inter Sanctam Sedem et Civitates tribuuntur.

Čl. 35 Apoštolské signatuře přísluší také bdít nad správným výkonem spravedlnosti, a to zvláště:

1° dozorem nad zaměstnanci soudů, advokáty a prokurátory, je-li třeba;

2° zkoumáním žádostí podaných Apoštolskému stolci ve věci svěřeni případu Římské rotě, dispensování od předpisů procesního práva, včetně [práva] východních církví, nebo jiných milostí v oblasti výkonu spravedlnosti;

3° prorogací kompetence nižších soudů;

4° udělováním povolení pro soudy, aby směli být odvolacími soudy pro záležitosti, které jsou jinak vyhrazené Svatému stolci;

5° ustanovováním a schvalováním interdiecézních soudů;

6° projednáváním záležitostí svěřených Apoštolské signatuře smlouvami mezi Svatým stolcem a státy.

**TITULUS III.  
DE PROCESSU IUDICIALI**

Caput I.

Normae generales

Art. 36. Recursus introducitur per libellum, cui, ubi sententia vel decretum impugnatur, eiusdem exemplar authenticum adnecti debet.

Art. 37. Secretarius omnia acta casum respicientia exquirat.

Art. 38. Secretarius decreto libellum notificandum curat omnibus quorum interest necnon, si iudicio intersit, Defensori vinculi, atque terminum statuit ad Patronum, prouti requiratur et firmo art. 16, eligendum necnon ad scripturas producendas.

Art. 39. § 1. Quo termino elapso, Promotor iustitiae votum pro rei veritate promittit.

§ 2. Quod votum, una cum scripturis de quibus in art. 38, Secretarius communicandum curat cum partibus, quae ius habent, si velint, replicandi intra decem dies.

§ 3. Data facultate Defensori vinculi iterum replicandi, novissime Promotori iustitiae intervenire licet.

Art. 40. Praefectus Congressui habendo diem statuit eundemque cum partibus communicari iubet.

Art. 41. § 1. Quibus praehabitis, Congressus recursum admittit vel reicit.

§ 2. Congressus decisiones scripto partibus notificantur.

Art. 42. § 1. Contra reiectionis decretum, nisi aliud iure caveatur, patet ad Collegium iudicum; de huiusmodi iure recurrens per idem decretum certior fit.

§ 2. Recursus, argumentis suffultus, intra terminum peremptorium decem dierum proponendus est.

§ 3. De recursu interiecto certiores fiant

**ČÁST III  
SOUDNÍ PROCESY**

Kapitola I.

Všeobecné normy

Čl. 36 Rekurz je podáván formou písemné žaloby, k níž musí být připojen autentický exemplář rozsudku nebo dekretu, proti němuž je odvolání vedeno.

Čl. 37 Sekretář si vyžádá všechny dokumenty týkající se daného případu.

Čl. 38 Sekretář se postará o to, aby s žalobou byli obeznámeni všichni, jichž se to týká, včetně obhájce svazku, účastní-li se případu, a stanoví lhůtu pro volbu patrona, nakolik je žádán, při zachování čl. 16, a pro předložení dokumentů.

Čl. 39 § 1 Po vypršení této lhůty vydá ochránce spravedlnosti dobrozdání pravdivosti věci.

§ 2 Sekretář zajistí, aby toto dobrozdání bylo spolu s dokumenty uvedenými v čl. 38 dáno k dispozici stranám sporu, které mají právo, chtějí-li, odpovědět do deseti dnů.

§ 3 Obhájce svazku má možnost znovu odpovědět, nakonec se smí vyjádřit také ochránce spravedlnosti.

Čl. 40 Prefekt stanoví den konání zasedání tzv. kongresu a nařídí, aby to bylo oznámeno stranám sporu.

Čl. 41 § 1 Když se tak stane, kongres přijme nebo odmítne odvolání.

§ 2 Rozhodnutí kongresu jsou písemně oznámena stranám sporu.

Čl. 42 § 1 Proti zamítavému rozhodnutí se lze odvolat ke kolegiu soudců, nestanoví-li právo jinak; s tímto právem je podávající rekurz obeznámen týmž písemným rozhodnutím.

§ 2 Rekurz doplněný důkazným materiálem musí být předložen v propadné lhůtě deseti dní.

§ 3 S učiněným rekurzem ať jsou



## ADNOTATIO IURISPRUDETI XXXI.

partes, quae iure gaudent intra decem dies suas animadversiones proponendi.

§ 4. Voto Promotoris iustitiae exhibito, recursus quamprimum ad Collegium defertur, cuius decisio nulli iuris remedio obnoxia est.

Art. 43. § 1. Admisso recursu, Secretarius omnes quorum interest ad litis contestationem convocat.

§ 2. Secretario competit, auditis omnibus quorum interest, decreto dubii formulam statuere, causae instructionem ad normam iuris moderari, necnon quaestiones incidentes, si quae sint, expeditissime dirimere.

Art. 44. Instructione expleta, Secretarius, adiuvante Promotore iustitiae et auditis partium Patronis necnon Defensore vinculi, causae summarium conficiendum curat; insuper ad normam artt. 38–39 partium restrictus et Defensoris vinculi animadversiones necnon Promotoris iustitiae votum exquirat atque notificari iubet.

Art. 45. Partium, Defensoris vinculi et Promotoris iustitiae responsionibus exhibitis, conclusum in causa esto.

Art. 46. Peractis iure peragendis, Praefectus causam definiendam ad Collegium defert.

Art. 47. § 1. In Iudicum conventu Iudex Ponens seu Relator contentionem refert et rationes tum pro recursu tum ex adverso perstringit.

§ 2. Dein Iudices, nemine adstante, ex ordine conclusiones cum rationibus tam in iure quam in facto proferunt, quae conclusiones scriptae Ponenti traduntur ad sententiam redigendam; dein autem actis causae adiunguntur secreto servandae.

§ 3. Discussionem peracta, Collegium decisionem fert, in qua maior suffragiorum pars convenit.

obeznámeny strany sporu, které mají právo do deseti dnů předložit svá vyjádření.

§ 4 Po vyžádání vyjádření ochránce spravedlnosti je rekurz co nejdříve předložen kolegiu soudců, proti jehož rozhodnutí neexistuje žádný právní opravný prostředek.

Čl. 43 § 1 Po přijetí rekursu svolá sekretář všechny, jichž se věc týká, k projednání sporu.

§ 2 Sekretáři náleží po poradě se všemi, jichž se věc týká, stanovit dekretem formulaci sporu, řídit vyšetřování případu podle norem práva a neprodleně řešit nahodilé otázky, vyskytnou-li se.

Čl. 44 Po ukončení vyšetřování se sekretář ve spolupráci s ochráncem spravedlnosti a po poradě s patrony stran sporu a s obhájcem svazku postará o sestavení souhrného spisu kauzy; nadto si v souladu s čl. 38–39 vyžádá stanovisko stran, námítky obhájce svazku a posudek ochránce spravedlnosti a obeznámí s nimi zúčastněné.

Čl. 45 Po vyžádání vyjádření stran sporu, obhájce svazku a ochránce spravedlnosti at' je případ uzavřen.

Čl. 46 Když je vykonáno vše, co právo žádá, předloží prefekt případ k rozhodnutí kolegiu soudců.

Čl. 47 § 1 Ve shromáždění soudců představí případ zpravodaj neboli vyšetřující soudce, který také předloží důvody pro i proti odvolání.

§ 2 Pak soudcové s vyloučením veřejnosti předloží popořádku své závěry s odůvodněním z práva (*in iure*) a z faktů (*in facto*), tyto závěry předloží písemně zpravodajovi k vypracování rozsudku; závěry jsou pak připojeny k aktům případu a uchovávány v tajnosti.

§ 3 Po diskusi vynese kolegium rozhodnutí, pro něž se většina vyslovila v hlasování.

## ADNOTATIO IURISPRUDETI XXXI.

§ 4. Pars dispositiva a Iudice Ponente seu Relatore scripto redigitur, a singulis Iudicibus subsignatur et statim Secretario traditur.

Art. 48. § 1. Iudex Ponens seu Relator quamprimum textum decisionis exarat.

§ 2. Supremi Tribunalis Praefectus, si casus ferat, statuere potest decisionis rationes in iure et in facto scripto redigi a Promotore iustitiae.

Art. 49. Si Collegium Iudicum ulteriorem instructionem iubeat, Secretarius eam perficit.

Art. 50. Adversus Collegii decisiones, nisi aliud expresse statuatur, non est locus impugnationi.

Caput II.

De querelis nullitatis contra decisiones Rotae Romanae

Art. 51. Querela nullitatis proponi potest non solum adversus sententias definitivas, verum etiam adversus sententias interlocutorias et decreta, a Rota Romana quomodocumque emissa, dummodo, nisi aliud iure caveatur, vim sententiae definitivae habeant.

Art. 52. § 1. Si nomine alterius quis egit sine legitimo mandato, vitium sanatum habetur ob appellationem interpositam ab ipsa parte antequam nullitas opponatur, immo ob quemlibet eiusdem partis actum ante querelam positum, qui par sit ratihabitioni.

§ 2. In casu de quo in § 1, recursus Secretarii decreto in limine reicitur.

Art. 53. § 1. Si querela nullitatis una cum appellatione cumuletur, illa coram Signatura Apostolica, haec coram Rota Romana interponenda est.

§ 2. Decisio querelae decisionem appellationis praecedere debet, nisi Signatura Apostolica aliud decreverit.

Art. 54. Admisso recursu, dubium concordandum est sub formula: *An constet de nullitate decisionis Rotae Romanae.*

§ 4 Zpravodaj písemně vyhotoví výrokovou část rozhodnutí, kterou jednotliví soudcové podepíší, a ihned ji předá sekretáři.

Čl. 48 § 1 Soudce zpravodaj neboli vyšetřující soudce co nejdříve vypracuje celý text rozhodnutí.

§ 2 V případě potřeby může předseda Nejvyššího tribunálu stanovit, aby ochránce spravedlnosti písemně zpracoval důvody pro rozhodnutí *in iure* i *in facto*.

Čl. 49 Nařídí-li kolegium soudců další šetření, provede je sekretář.

Čl. 50 Rozhodnutí kolegia nelze napadnout, není-li výslovně stanoveno jinak.

Kapitola II.

Stížnosti ohledně neplatnosti rozhodnutí Římské roty

Čl. 51 Stížnost neplatnosti může být předložena nejen ve věci konečných rozsudků, ale i mezitimních rozsudků a dekretů, jakkoli vydaných Římskou rotou, pakliže – není-li právem stanoveno jinak – mají účinnost konečného rozsudku.

Čl. 52 § 1 Jedná-li někdo jménem někoho jiného bez řádného zmocnění, pokládá se tato nepravost za sanovanou předložením odvolání od samotné strany sporu, dříve než bude neplatnost zpochybněna, jakož i jakýmkoli úkonem této strany učiněným před stížností, který odpovídá právnímu aktu.

§ 2 V případě uvedeném v § 1 se rekurz okamžitě odmítá rozhodnutím sekretáře.

Čl. 53 § 1 Je-li spojena stížnost na neplatnosti s odvoláním, předkládá se odvolání Římské rotě, stížnost Apoštolské signatuře.

§ 2 Rozhodnutí o stížnosti musí předcházet rozhodnutí o odvolání, nerozhodla-li Apoštolská signatura jinak.

Čl. 54 Po přijetí rekurzu je třeba stanovit předmět sporu takto: *Zda se jedná o neplatnost rozhodnutí Římské roty.*

Caput III.

De petitionibus restitutionis in integrum contra decisiones Rotae Romanae

Art. 55. § 1. Petitio restitutionis in integrum sententiae executionem nondum inceptam suspendit.

§ 2. Si tamen ex probabilibus indiciis suspicio sit petitionem factam esse ad moras executioni nectendas, Congressus decernere potest ut sententia executioni demandetur, assignata tamen restitutionem petenti idonea cautione ut, si restituatur in integrum, indemnitas fiat.

Art. 56. Admisso recurso, dubium concordandum est sub formula: *An concedenda sit restitutio in integrum.*

Art. 57. Concessa restitutione, nisi Summus Pontifex aliud providerit, causa remittitur ad Rotam Romanam ut, iuxta suas normas, de merito iudicet.

Caput IV.

De recursibus adversus denegatum a Rota Romana novum causae examen

Art. 58. In causis de statu personarum, recursus adversus denegatum a Rota Romana novum causae examen intra peremptorium triginta dierum terminum proponi potest.

Art. 59. § 1. Certiore facta altera parte, Secretarius brevem terminum praestituit recurrenti ad petitionis motiva illustranda; dein Defensor vinculi suas animadversiones exarat; ultimus promittit Promotor iustitiae votum pro rei veritate.

§ 2. Congressus novam causae propositionem, remoto quolibet iuris remedio, admittit vel reicit.

Art. 60. Decretum a Congressu latum parti recurrenti atque Rotae Romanae Decano notificatur, certiore facta altera parte.

Kapitola III.

Žádosti o návrat k původnímu stavu proti rozhodnutí Římské roty

Čl. 55 § 1 Žádost o návrat do právně původního stavu pozastavuje dosud nezapočatý výkon rozsudku.

§ 2 Jestliže však z doložitelných důvodů vyvstává podezření, že žádost byla podána z důvodů vyhnutí se prodlevám při výkonu rozsudku, může kongres rozhodnout, že má být rozsudek vykonán, přičemž se poskytne bedlivá pozornost tomu, aby žadatel o návrat nebyl poškozen, dojde-li k návratu do původního stavu.

Čl. 56 Po přijetí rekursu je třeba stanovit předmět sporu takto: *Zda se má konat návrat do původního stavu.*

Čl. 57 Po udělení návratu se případ svěřuje Římské rotě, aby jej řádně posoudila podle svých norem, nerozhodne-li papež jinak.

Kapitola IV.

Rekurzy proti odepření nového projednávání záležitosti Římskou rotou

Čl. 58 V případech týkajících se stavu osob může být předložen rekurs proti odepření nového projednávání záležitosti Římskou rotou v rámci propadné lhůty třiceti dní.

Čl. 59 § 1 Po uvědomění druhé strany sporu poskytne sekretář krátkou lhůtu tomu, kdo činí rekurs, aby objasnil motivy své žádosti; pak vypracuje obhájce svazku své námitky; nakonec poskytne ochránce spravedlnosti své stanovisko ve prospěch pravdivosti.

§ 2 Kongres přijme nebo odmítne nové předložení případu bez ohledu na jakýkoli opravný právní prostředek.

Čl. 60 Rozhodnutí kongresu je oznámeno straně podávající rekurs a děkanu Římské roty, přičemž se uvědomí i druhá strana sporu.

## ADNOTATIO IURISPRUDETI XXXI.

Art. 61. Congressus, pendente recursu coram Signatura Apostolica, videre potest de suspensione executionis sententiae concedenda vel revocanda.

### Caput V.

De exceptionibus suspicionis contra Iudices Rotae Romanae

Art. 62. Suspicionis exceptio contra Iudicem Rotae Romanae proponi potest in casibus de quibus in cann. 1448, § 1 et 1624 Codicis Iuris Canonici atque 1106, § 1 et 1305 Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium.

Art. 63. § 1. Certiore statim facto Iudice recusato, Secretarius terminum praestituit exceptionem proponenti ad argumenta adducta illustranda; dein habitis ad rem partium memorialibus, necnon animadversionibus Defensoris vinculi, si intersit, et voto pro rei veritate Promotoris iustitiae, causa ad Congressum defertur.

§ 2. Iudex recusatus, si ipse postulet vel casus ferat, auditur a Secretario.

Art. 64. Congressus, remoto quolibet iuris remedio, edicit utrum locus sit, necne, recusationi Iudicis.

Art. 65. Decretum a Congressu latum Rotae Romanae Decano quamprimum notificatur.

### Caput VI.

De causis contra Iudices Rotae Romanae

Art. 66. § 1. Processus in causis sive poenalibus sive contentiosis contra Iudices Rotae Romanae propter acta in exercitio ipsorum muneris evolvitur, congrua congruis referendo, iuxta artt. 36-49 necnon praescripta iuris codicialis.

§ 2. Pars laesa potest actionem contentiosam ad damna reparanda ex delicto sibi illata in ipso poenali iudicio exercere.

Art. 67. § 1. In iudicio poenali partes actoris gerit Promotor iustitiae.

Čl. 61 V době, kdy se koná rekurz Apoštolské signatuře, může kongres rozhodnout o pozastavení nebo opětovném výkonu rozsudku.

### Kapitola V.

Námítky pro podezření proti soudcům Římské roty

Čl. 62 Námítky pro podezření vůči soudci Římské roty může být předložena v případech podle kánonů 1448 § 1 a 1624 CIC a 1106 § 1 a 1305 CCEO.

Čl. 63 § 1 Sekretář uvědomí odmítnutého soudce a stanoví termín tomu, kdo předkládá námítku, aby objasnil předložené důvody; pak vezme do úvahy vyjádření zúčastněných stran, jako i animadversiones obhájce svazku, týká-li se ho to, a rozvahu ochránce spravedlnosti; poté je případ předložen kongresu.

§ 2 Pokud je odmítnutý soudce sám žadatelem nebo předkladatelem případu, je vyslechnut sekretářem.

Čl. 64 Kongres rozhodne, zda je odmítnutí soudce na místě, bez ohledu na jakýkoli opravný právní prostředek.

Čl. 65 Rozhodnutí kongresu se co nejdříve oznámí děkanu Římské roty.

### Kapitola VI.

Případy proti soudcům Římské roty

Čl. 66 § 1 V případech trestních nebo sporných proti soudcům Římské roty vzhledem k jejich činnosti při výkonu jejich povinností se postupuje – s nezbytnými úpravami – podle článků 36–49 a podle předpisů CIC.

§ 2 Poškozená strana může u samotného trestního soudu vést sporné řízení ve věci nápravy škod, které utrpěla trestným činem.

Čl. 67 § 1 Při trestním soudu zastává pozici žalující strany ochránce spravedlnosti.

## ADNOTATIO IURISPRUDETI XXXI.

§ 2. Omnia quae in iudicio poenali promovendo instituendoque Ordinario competunt, Praefectus exercet.

Art. 68. Sententia a Collegio quinque Iudicum fertur.

Art. 69. Parti, quae se gravatam putet, atque Promotori iustitiae suppetunt remedia iuris coram Signatura Apostolica, appellatione in casu haud exclusa.

### Caput VII.

De conflictibus competentiae inter Tribunalia

Art. 70. Salva competentia de qua in art. 35, nn. 2–3, Signatura Apostolica, denunciato conflictu competentiae, primum videt num reapse de conflictu agatur, et quidem ad normam articulorum huius capituli solvendo.

Art. 71. Secretarius, inspectis omnibus conflictibus adiunctis, prout casus ferat processus pendentes suspendit.

Art. 72. § 1. Acquisitis actis causae atque partium memorialibus necnon, si casus ferat, auditis Tribunalibus, Defensor vinculi, si in iudicio interveniat, animadversiones et Promotor iustitiae votum pro rei veritate exhibent.

§ 2. Congressus, remoto quolibet iuris remedio, decreto propositum conflictum solvit, statuens, quatenus necessarium, forum competens atque prosecutionis rationem.

§ 2 Vše, co při zahájení a řízení trestního soudu přísluší ordináři, vykonává prefekt.

Čl. 68 Rozsudek vynáší sbor pěti soudců.

Čl. 69 Straně sporu, která se pokládá za poškozenou, a ochránci spravedlnosti náleží opravné prostředky před Apoštolskou signaturou, a to včetně odvolání v daném případě.

### Kapitola VII.

Kompetenční spory mezi tribunály

Čl. 70 Při zachování kompetencí zmíněných v čl. 35 č. 2–3 se Apoštolská signatura při ohlášení kompetenčního sporu nejprve přesvědčí, zda se skutečně jedná o spor, a to především podle normy stanovené v člancích této kapitoly.

Čl. 71 Sekretář prozkoumá všechny okolnosti sporu a případně pozastaví probíhající procesy, žádá-li to případ.

Čl. 72 § 1 Po shromáždění dokumentace případu a vyslechnutí výpovědí stran sporu i jednotlivých tribunálů, žádá-li si to případ, předloží obhájce svazku, týká-li se ho případ, své námítky a ochránce spravedlnosti svůj rozklad.

§ 2 Kongres rozhodne a vyřeší předložený spor, přičemž stanoví, je-li to nezbytné, příslušný soud a způsob, jakým má postupovat, bez ohledu na jakýkoli opravný právní prostředek.



**TITULUS IV  
DE PROCESSU CONTENTIOSO  
ADMINISTRATIVO**

Caput I.

De recursibus adversus actus  
administrativos singulares

Art. 73. § 1. Recursus referre debet:

1° a quonam ipse proponatur;

2° actum, qui impugnatur;

3° quid petatur;

4° quo iure innitatur;

5° diem acceptae notificationis actus  
impugnati;

6° subscriptionem partis recurrentis.

§ 2. Recursui adnecti debent:

1° actus, qui impugnatur, nisi a recurrente  
exhiberi nequeat;

2° mandatum Patrono rite collatum aut  
petitio, documentis suffulta, pro obtinendo  
gratuito patrocinio.

Art. 74. § 1. Recursus exhibendus est intra  
terminum peremptorium sexaginta dierum  
utilium a die peractae actus notificationis.

§ 2. Ab uno Romano Pontifice in terminos  
remissio conceditur.

Art. 75. Nullus est recursus si absolute  
incertum manet de quibusnam personis vel  
de quonam obiecto agatur.

Art. 76. § 1. Secretarius, audito Promotore  
iustitiae, decreto recursum in limine reicit qui  
indubie atque evidenter aliquo careat  
praesupposito, veluti si:

1° non agatur de re ad tribunal  
administrativum pertinente;

2° recurrens careat legitima persona standi  
in iudicio;

3° haud exstet lex, quae asseritur violata;

4° termini ad recursum proponendum elapsi  
sint.

**ČÁST IV.  
ADMINISTRATIVNÍ PROCES SPORNÝ**

Kapitola I.

Rekurzy proti jednotlivým administrativním  
úkonům

Čl. 73 § 1 Rekurz musí obsahovat:

1° kdo jej předkládá;

2° úkon, vůči němuž se rekurz koná;

3° předmět žádosti;

4° jakým právem je podpořen;

5° datum přijetí oznámení o úkonu, proti  
němuž se koná rekurz;

6° podpis strany činící rekurz.

§ 2 K rekurzu je nezbytné připojit:

1° dokument o úkonu, který je napadán,  
není-li nemožné jej od předkladatele žádat;

2° řádné zmocnění patrona nebo řádně  
podložená žádost o patronát zdarma.

Čl. 74 § 1 Rekurz je nutné učinit v rámci  
propadné lhůty šedesáti dní ode dne  
oznámení o úkonu.

§ 2 Jedině papež může termíny pozměnit.

Čl. 75 Rekurz je nulitní, je-li zcela nejisté, o  
jaké osoby nebo o jaký předmět se jedná.

Čl. 76 § 1 Sekretář po poradě  
s ochráncem spravedlnosti bez dalšího  
odmítne rekurz, který nesporně a zjevně  
nevyhovuje některému z nutných  
požadavků, jako:

1° nejedná se o věc příslušející  
administrativnímu tribunálu;

2° předkladatel postrádá charakter legitimní  
osoby způsobilé pro soudní jednání;

3° neexistuje zákon, který měl být porušen;

4° vypršela lhůta pro učinění rekurzu.

## ADNOTATIO IURISPRUDETI XXXI.

§ 2. De eiusmodi decreto Secretarius Promotorem iustitiae et, si casus ferat, competentem Auctoritatem certiores facit.

§ 3. Recurrens in ipso decreto certior fit de facultate recurrendi ad Congressum intra peremptorium terminum decem dierum ab eodem recepto.

§ 4. Decretum, quo Congressus reiectionem in limine confirmat, nulli iuris remedio est obnoxium.

Art. 77. Salvo art. 16, § 2, Secretarius praestituit terminum pro iterando recurso, si vitiis laboret, quae emendari possunt.

Art. 78. § 1. Quovis in stadio processus, liti finem imponere potest sive peremptio sive revocatio actus impugnationi sive renuntiatio sive compositio pacifica.

§ 2. Compositio pacifica inter partes acta Congressus indiget probatione.

§ 3. Aliis in casibus liti finitae, Secretarius de re fert decretum, cum iis quorum interest communicandum.

Art. 79. § 1. Secretarius, suo decreto,

1° iubet notificari competenti Dicasterio omnibusque legitime coram Dicasterio intervenientibus recursum receptum eisdemque invitat ut Patronum constituent per legitimum mandatum;

2° exquirat a Dicasterio ut exemplar actus impugnationi et omnia acta controversiam respicientia transmittat intra terminum triginta dierum;

3° in causa constituit Promotorem iustitiae;

4° mandat Cancellariae ut recurrenti aliisque de quibus in n. 1 incumbencia rite adimplenda indiget.

§ 2. Congrua congruis referendo, Secretarius eodem modo procedit cum aliis interesse forte habentibus.

Art. 80. Si Dicasterium sibi Patronum non constituat, Praefectus eum ex officio nominat.

§ 2 Toto rozhodnutí oznámí sekretář ochránci spravedlnosti a příslušné autoritě, žádá-li si to případ.

§ 3 Předkladatel rekursu je v tomtéž dekretu obeznámen o možnosti učinit rekurs ke kongresu v propadné lhůtě deseti dní od přijetí rozhodnutí.

§ 4 Proti rozhodnutí kongresu potvrzujícímu odmítnutí rekursu není žádný opravný právní prostředek.

Čl. 77 Při zachování článku 16 § 2 stanoví sekretář lhůtu pro opakování rekursu, obsahuje-li nedostatky, které lze odstranit.

Čl. 78 § 1 Ve kterémkoli stádiu procesu může být spor zrušen ukončením, odvoláním opravného prostředku, odstoupením od sporu nebo smírem.

§ 2 Smír mezi stranami sporu nepotřebuje potvrzení kongresem.

§ 3 Skončí-li spor z jiného důvodu, vyhotoví o něm sekretář dokumentaci a předá ji těm, kterých se to týká.

Čl. 79 § 1 Sekretář svým rozhodnutím:

1° příkazuje, aby příslušné dikasterium a všichni, kteří legitimně s tímto dikasteriem jednají, byli obeznámeni o přijetí rekursu, a vyzve je, aby řádně zmocnili své patrony;

2° vyžaduje od dikasteria, aby předalo do třiceti dní exemplář sporného úkonu a veškerou dokumentaci týkající se daného případu;

3° ustanovuje v daném případě ochránce spravedlnosti;

4° vyzve kancelář, aby byla předkladateli rekursu a osobám zmiňovaným v č. 1 nápomocna k řádnému splnění všech náležitostí.

§ 2 S příslušnými úpravami jedná Sekretář stejně i s dalšími případně zainteresovanými.

Čl. 80 Nezmocní-li dikasterium svého patrona, jmenuje jej prefekt *ex officio*.

Art. 81. § 1. Actis Dicasterii receptis, Secretarius recurrentis Patrono, de re certiore facto, decreto terminum praestituit ad exhibendum memoriale, in quo clare indicentur leges, quae violatae asseruntur, recursus illustretur, compleatur vel emendetur, atque forte ad ulteriora documenta exhibenda vel expetenda.

§ 2. Termino de quo in § 1 elapso, Secretarius decreto item resistentis Patrono terminum praestituit adeo ut ipse, inspectis omnibus de quibus in § 1, memoriale exhibeat necnon forte nova documenta producat.

§ 3. Quibus praehabitis, Promotor iustitiae votum pro rei veritate promit.

Art. 82. Communicatis scripturis, Patroni intra decem dies respondere possunt; ultimus autem scribere potest Promotor iustitiae.

Art. 83. § 1. Convocato Congressu ad normam art. 40, Praefectus decernit utrum recursus admittendus sit ad disceptationem, an reiciendus quia manifeste ipse caret praesupposito vel fundamento. Quo in altero casu motiva exprimit.

§ 2. Congressus decisiones scripto partibus notificantur.

Art. 84. Salvo art. 76, § 4, contra reiectionis decretum datur recursus ad Collegium ad normam art. 42 proponendus et pertractandus.

Art. 85. § 1. Admisso recursu, Secretarius, convocatis quamprimum Patronis et Promotore iustitiae ad summariam delibationem oralem, eorundemque attentis petitionibus et responsionibus, controversiae terminos statuit, dubia concordata suo firmans decreto.

§ 2. Quod contra decretum datur recursus intra decem dies ad Praefectum, quolibet ulteriore iuris remedio remoto.

Art. 86. Summaria delibatione orali habita, Secretarius, si casus ferat, complet causae instructionem. Si quid autem partes excipiant, ipse expeditissime de re videt.

Čl. 81 § 1 Po obdržení dokumentů od dikasteria sekretář uvědomí patrona předkladatele rekuru a oznámí mu lhůtu pro předložení vyjádření, ve kterém bude jasně uvedeno, které zákony byly porušeny, bude rekurz vysvětlen, doplněn nebo upraven, případně které další doklady mají být předloženy nebo vyžádány.

§ 2 Po vypršení lhůty z § 1 poskytne sekretář patronovi novou lhůtu, aby s ohledem na vše z § 1 předložil vyjádření, resp. poskytl nové významné dokumenty.

§ 3 Po jejich obdržení poskytne ochránce spravedlnosti své stanovisko.

Čl. 82 Po obdržení písemností mohou patroni reagovat v době deseti dní; poslední se pak může písemně vyjádřit ochránce spravedlnosti.

Čl. 83 § 1 Po svolání kongresu podle čl. 40 rozhodne prefekt, zda má být rekurz přijat k posouzení, nebo odmítnut, protože zjevně postrádá předpoklady nebo základ. V takovém případě prefekt uvede důvody.

§ 2 Kongres písemně oznámí rozhodnutí stranám sporu.

Čl. 84 Při zachování čl. 76 § 4 se proti zamítavému rozhodnutí může podat rekurz kolegiu, který je v souladu s čl. 42 předložen a projednáván.

Čl. 85 § 1 Je-li rekurz přijat, svolá sekretář co nejdříve patrony a ochránce spravedlnosti k souhrnnému ústnímu projednání, vezme v potaz jejich žádosti a odpovědi a stanoví lhůty sporu; stanovený předmět sporu potvrdí svým dekretem.

§ 2 Proti tomuto dekretu lze v rámci deseti dní učinit rekurz k prefektovi; jakýkoli jiný opravný právní prostředek je vyloučen.

Čl. 86 Po ústním projednání sekretář případně doplní náležitosti k šetření. Jestliže něco strany vypustily, obstará to co nejdříve.

Art. 87. Post confectum causae summarium, nullum ulterius documentum a partibus produci potest, nisi aliud Praefectus statuerit et salvo art. 49.

Art. 88. § 1. Confecto causae summario, Patroni intra terminum praestitutum suum quisque restrictum conclusivum porrigunt.

§ 2. Quo termino elapso, Promotor iustitiae votum pro rei veritate exhibet.

§ 3. Patroni intra terminum decem dierum responsiones exhibere possunt; novissime Promotori iustitiae interveniendi facultas est.

Art. 89. Peractis iure peragendis, proceditur ad normam artt. 46–49.

Art. 90. Iudices, ad contentionem solvendam, in sententia immediatos et directos illegitimitatis effectus statuere possunt.

Art. 91. § 1. Adversus Collegii sententias, cauta tamen semper Supremi Tribunalis natura, tantum remedia querelae nullitatis ac petitionis restitutionis in integrum suppetunt.

§ 2. Praefectus, si casus ferat, rem statim ad Collegium Iudicum deferre potest.

Art. 92. § 1. Nisi aliud statuatur, sententiam executioni mandare debet, per se vel per alium, Dicasterium, quod actum impugnatum tulerit aut probaverit.

§ 2. Quod si renuat, neglegat aut ultra congruum vel statutum tempus differat, salvo iure ad damnorum forte illatorum reparationem, parte cuius interest instante executio spectat ad ipsum Supremum Tribunal, Superiore Auctoritate de re certiore facta.

Art. 93. § 1. Exsecutor debet sententiam ipsam, secundum propriam verborum significationem in textu et contextu consideratam, executioni mandare.

§ 2. Quod si agatur de pecunia resarcienda, solutio fieri debet intra terminum triginta dierum a sententia notificata, nisi aliud a Supremo Tribunali cautum sit.

Čl. 87 Po vyhotovení souhrnu kauzy nemohou strany poskytnout žádný další materiál, nestanoví-li prefekt jinak při zachování čl. 49.

Čl. 88 § 1 Po vyhotovení souhrnu kauzy předloží patroni ve stanovené lhůtě své konečné stanovisko.

§ 2 Po vypršení této lhůty poskytne své stanovisko ochránce spravedlnosti.

§ 3 Patroni mohou předložit své odpovědi v rámci deseti dní; nakonec má možnost zasáhnout ochránce spravedlnosti.

Čl. 89 Po vykonání všeho, co právo žádá, se postupuje podle čl. 46–49.

Čl. 90 Pro vyřešení sporu mohou soudcové stanovit v rozsudku bezprostřední a přímé účinky nelegitimity.

Čl. 91 § 1 Proti rozsudkům senátu – ovšem s přihlédnutím k povaze Nejvyššího tribunálu – jsou opravnými prostředky toliko stížnost na neplatnost a žádost o návrat do právně původnímu stavu.

§ 2 Prefekt může v případě potřeby ihned předložit záležitost soudnímu senátu.

Čl. 92 § 1 Není-li stanoveno jinak, musí být výkon rozsudku uložen přímo nebo zprostředkovaně tomu dikasteriu, které provedlo nebo potvrdilo sporný úkon.

§ 2 Pakliže odmítne či opomene vykonat nebo nevykoná ve vhodné a stanovené lhůtě, při zachování práva na nápravu škod ve prospěch zainteresované strany případně výkon rozsudku samotnému Nejvyššímu tribunálu, přičemž jsou o záležitosti informovány nadřízené orgány.

Čl. 93 § 1 Vykonavatel rozsudku se musí postarat o to, aby byl rozsudek vykonán ve vlastním slova smyslu v textu i kontextu rozsudku.

§ 2 Jde-li o finanční náhradu, musí být vyplacena ve lhůtě třiceti dní od vyhlášení rozsudku, nestanoví-li Nejvyšší tribunál jinak.

## ADNOTATIO IURISPRUDETI XXXI.

§ 3. Si actus illegitimitas declarata fuerit in procedendo, Auctoritas eundem actum denuo ferre potest tantummodo ad normam iuris atque iuxta modum et terminos in sententia forte determinatos.

§ 4. Si autem actus illegitimitas declarata fuerit in decernendo, Auctoritas de re denuo videre potest tantummodo ad normam iuris atque iuxta modum et terminos in sententia forte determinatos.

Art. 94. Si qua controversia de executionis modo oriatur, Congressus expeditissime eandem dirimit.

### Caput II.

De actus administrativi executionis suspensione

Art. 95. § 1. Suspendio, vel ex toto vel ex parte, executionis actus impugnati quolibet in causae statu, adductis rationibus, peti potest.

§ 2. In casibus gravioribus ipse Promotor iustitiae actus impugnati executionis suspensionem proponere potest.

§ 3. Quod si quaestio de suspensione oriatur, de ea pressius quamprimum videatur.

Art. 96. § 1. Nisi iudicio Secretarii, audito Promotore iustitiae, instantia pro suspensione executionis impugnatae decisionis sit in limine reicienda, Secretarius, instantia Auctoritati aliisque, quorum interest, notificata, simul terminum pro exhibendis scripturis atque definitionis diem quam citius statuit.

§ 2. Quo termino elapso Promotor iustitiae quamprimum pro rei veritate votum promit.

§ 3. Executionis suspensionem Congressus concedit vel denegat intra sexaginta dies ex quo instantia pervenerit.

Art. 97. Executionis suspensione decreta, quam citissime Auctoritati competenti decisio notificatur, quae statim ad effectum deducatur.

§ 3 Byla-li prohlášena nelegitimita úkonu při procesu, může příslušná autorita tento úkon zopakovat, ovšem toliko podle práva a způsobem a v době, které případně stanoví rozsudek.

§ 4 Byla-li prohlášena nelegitimita úkonu při rozhodnutí, může příslušná autorita věc znovu prozkoumat, ovšem toliko podle práva a způsobem a v době, které případně stanoví rozsudek.

Čl. 94 Vyvstane-li při výkonu nějaký spor, kongres jej okamžitě vyřeší.

### Kapitola II.

Pozastavení výkonu administrativního aktu

Čl. 95 § 1 Částečné nebo úplné pozastavení výkonu sporného aktu lze žádat v jakémkoli stavu případu z rozumného důvodu.

§ 2 V závažnějších případech může sám ochránce spravedlnosti požadovat pozastavení výkonu sporného aktu.

§ 3 Vyvstane-li otázka pozastavení, je třeba ji vyřešit o to rychleji.

Čl. 96 § 1 Pokud sekretář po poradě s ochráncem spravedlnosti neusoudí, že jednání o pozastavení výkonu sporného rozhodnutí má být bez dalšího odmítnuto, uvědomí o tomto jednání příslušnou autoritu a ostatní, jichž se to týká, a co nejrychleji stanoví lhůtu pro předložení písemností a datum rozhodnutí.

§ 2 Po vypršení této lhůty ochránce spravedlnosti co nejdříve poskytne své vyjádření „pro rei veritate“.

§ 3 Pozastavení výkonu stanoví nebo odmítne kongres v rámci šedesáti dní od zahájení jednání.

Čl. 97 Po rozhodnutí o pozastavení výkonu je toto rozhodnutí co nejrychleji oznámeno příslušné autoritě a ihned uvedeno v účinnost.



## ADNOTATIO IURISPRUDETI XXXI.

Art. 98. Contra Congressus decisionem nullum datur iuris remedium; quaestio tamen, novis quidem adductis rationibus, denuo proponi potest.

Art. 99. Nisi aliud in Congressus decreto expresse cautum fuerit, executionis suspensio, causa pendente, permanet et retrorsum haud valet.

Art. 100. Quoad actiones et exceptiones de rei sequestratione et exercitii iuris inhibitione servantur, congrua congruis referendo, normae huius capituli.

### Caput III.

#### De damnorum reparatione

Art. 101. Petitio reparationis damnorum ex actu illegitimo illatorum, de qua in art. 34, § 2, proponi potest usque ad delibationem oralem summariam.

Art. 102. Auctoritas convenitur atque eatenus respondet, quatenus ex ipsius decisionibus asserta damna obvenerint.

Art. 103. Ad nimias moras vitandas potest Praefectus vel Collegium quaestionem de damnis differre usquedum Supremum Tribunal sententiam definitivam de illegitimitate protulerit.

### Caput IV.

#### De controversiis administrativis Supremo Tribunali delatis

Art. 104. Nisi singulis in casibus aliud Romanus Pontifex statuerit, Supremum Tribunal in controversiis administrativis sibi delatis videt de merito iuxta normas de processu contentioso administrativo necnon processus contentiosi ordinarii praescripta, congrua congruis referendo.

### Caput V.

#### De conflictibus competentiae inter Dicasteria

Art. 105. Orto conflictu competentiae inter Dicasteria, res, iis auditis et prae habito voto Promotoris iustitiae, expeditissime in Congressu dirimitur.

Čl. 98 Proti rozhodnutí kongresu není žádný právní opravný prostředek; může se však z nově uvedených důvodů znovu předložit tatáž otázka.

Čl. 99 Není-li v rozhodnutí kongresu výslovně stanoveno jinak, v průběhu případu trvá pozastavení výkonu a nemá zpětnou účinnost.

Čl. 100 Co se týče aktů a výhrad stran zajištění věci a bránění ve výkonu práva, je třeba zachovávat s příslušnými úpravami normy této kapitoly.

### Kapitola III.

#### Náhrada škod

Čl. 101 Žádost o náhradu škod způsobených nezákonným jednáním podle čl. 34 § 2 může být předložena až do souhrnného ústního projednání.

Čl. 102 Autorita je natolik kompetentní a odpovědná, nakolik byly dotyčné škody způsobeny jejími rozhodnutími.

Čl. 103 Za účelem vyhnoutí se nesmírným prodlevám může prefekt nebo kolegium odložit otázku škod, dokud Nejvyšší tribunál definitivně nerozhodne o nezákonnosti.

### Kapitola IV.

#### Administrativní spory svěřené Nejvyššímu tribunálu

Čl. 104 Nestanoví-li v jednotlivých případech papež jinak, postupuje Nejvyšší tribunál v administrativních sporech podle norem pro sporný administrativní proces a předpisů pro řádný sporný proces s příslušnými úpravami.

### Kapitola V.

#### Kompetenční spory mezi dikasterii

Čl. 105 Vyvstane-li spor o kompetenci mezi dikasterii, předloží se věc po vyslechnutí zúčastněných a po vyžádání stanoviska ochránce spravedlnosti co nejrychleji kongresu.

**TITULUS V  
DE ADMINISTRATIVA RATIONE  
PROCEDENDI**

Art. 106. § 1. Nisi aliud statuatur, in negotiis, de quibus in art. 35, Praefectus, praehabito voto Promotoris iustitiae et audito Secretario, decernit; Defensor vinculi insuper auditur ad normam art. 8, § 1.

§ 2. Praefectus, firmo art. 6, § 3, habitualiter Secretario mandare potest, ut, praehabito voto Promotoris iustitiae, quaedam negotia ordinaria expediat.

Art. 107. § 1. De negotiis maioris momenti videtur in Congressu.

§ 2. Ad Praefectum pertinet decernere ut, praeterquam in casibus recensitis, de quaestione in Congressu disceptetur.

§ 3. Nihil grave et extraordinarium agitur, nisi Summo Pontifici fuerit antea significatum.

Art. 108. Secretarii est, praehabito voto Promotoris iustitiae, recursum vel petitionem in limine reicere ob manifestum defectum praesuppositi vel fundamenti, firma facultate recurrendi ad normam art. 28, § 1.

Art. 109. Audiantur, quantum fieri potest, ii quorum iura laedi possint.

Caput I.

De rectae administrationis iustitiae invigilantia

Art. 110. § 1. Annuam relationem vel sententiam tribunalis examini subiectis, Secretarius opportuna consilia vel animadversiones offert.

§ 2. Secretarii est in casu denuntiationis adversus aliquod tribunal, audito, prout casus ferat, eius Moderatore, Vicario iudiciali vel iudice causae, et praehabito voto Promotoris iustitiae, decernere an et quomodo procedendum sit, salva competentia tribunalium et iudicium.

**ČÁST V.  
POSTUP PŘI ADMINISTRATIVNÍM  
JEDNÁNÍ**

Čl. 106 § 1. Není-li stanoveno jinak, v záležitostech podle čl. 35 rozhoduje prefekt po obdržení stanoviska ochránce spravedlnosti a po poradě se sekretářem; krom toho je vyslechnut obhájce svazku podle normy čl. 8 § 1.

§ 2. Prefekt může při zachování čl. 6 § 3 pověřit trvale sekretáře, aby po obdržení stanoviska ochránce spravedlnosti řešil některé obyčejné záležitosti.

Čl. 107 § 1. O významnějších záležitostech rozhoduje kongres.

§ 2. Prefektovi přísluší rozhodnout, aby otázku řešil kongres, krom vymezených případů.

§ 3. Nerozhoduje se o ničem závažném a mimořádném, aniž by o tom byl napřed uvědomen papež.

Čl. 108. Sekretáři náleží po obdržení stanoviska ochránce spravedlnosti bez dalšího odmítnout rekurz nebo žádost pro zjevný nedostatek předpokladu nebo základu při zachování možnosti rekurzu podle normy čl. 28 § 1.

Čl. 109. Ať jsou vyslechnuti, nakolik je to možné, ti, jejichž práva mohou být poškozena.

Kapitola I.

Dozor při řádném výkonu spravedlnosti

Čl. 110 § 1. Ve výroční zprávě nebo ve výnosech určených k soudnímu projednání předkládá sekretář vhodné rady nebo připomínky.

§ 2. Sekretáři náleží v případě stížnosti na nějaký tribunál po případném vyslechnutí jeho moderátora, soudního vikáře nebo soudce v daném případě a po obdržení stanoviska ochránce spravedlnosti rozhodnout, zda a jak se má postupovat, při zachování kompetence jednotlivých tribunálů

§ 3. Rem ad Praefectum defert, si quaedam graviora animadvertenda videntur.

Art. 111. § 1. De praeceptis tribunali dandis ad rectam iurisprudentiam tuendam vel modum procedendi iure praescriptum deinceps servandum, de translatione causae ad aliud tribunal, de suspensione executionis decisionis latae deque inspectione tribunalis in Congressu decernitur, si quidem graves irregularitates detectae fuerint.

§ 2. In casu urgenti, ne damnum irreparabile oriatur, suspensio executionis decisionis iudicialis, praehabito voto Promotoris iustitiae vel Defensoris vinculi, a Praefecto vel Secretario iubetur, donec in Congressu de re videatur.

§ 3. Quoties ad rectam iurisprudentiam tuendam necessarium videatur, Signatura Apostolica a Summo Pontifice petere potest potestatem iudicandi etiam de merito.

Art. 112. Patrum Signaturae Apostolicae una cum Secretario est textum in Congressu paratum decreti generalis executorii vel instructionis examini subicere eumque approbare, necnon quaestiones generales, rectam administrationem iustitiae respicientes, pertractare.

## Caput II.

### De sanctionibus disciplinaribus

Art. 113. § 1. Si in ministros alicuius tribunalis, advocatos vel procuratores animadvertendum videatur, Praefectus de more Moderatori tribunalis mandat ut de re videat, si opus sit provideat et dein referat; eius vero decisio, etiam ex officio, in Congressu revocari vel emendari potest.

§ 2. Quod si actio disciplinaris coram Signatura Apostolica instituat, Promotor iustitiae libellum conficit et, defensione perpensa, eum confirmat vel emendat; facultate data respondendi, dein in Congressu de re videtur.

§ 3. Monitio etiam extra Congressum a Praefecto dari potest.

a soudců.

§ 3 Záležitost se postupuje prefektovi, vyskytnou-li se závažnější připomínky.

Čl. 111 § 1 O předpisech pro tribunál stran zajištění řádného výkonu spravedlnosti a právem stanoveného a vyžadovaného procesního řádu, o přeložení případu k jinému tribunálu, o pozastavení výkonu vyneseného rozsudku a o inspekci tribunálu rozhoduje kongres, pokud byly zjištěny závažné irregularity.

§ 2 V urgentním případě, aby nevznikla nenapravitelná škoda, nařizuje pozastavení výkonu soudního rozhodnutí po obdržení stanoviska ochránce spravedlnosti nebo obhájce svazku, prefekt nebo sekretář, dokud o záležitosti nerozhodne kongres.

§ 3 Kdykoli se to jeví jako nezbytné pro zajištění řádného výkonu spravedlnosti, může Apoštolská signatura požádat papeže o soudní pravomoc ohledně merita věci.

Čl. 112 Otcům Apoštolské signatury spolu se sekretářem náleží zkoumat a schvalovat text připravený kongresem coby všeobecná norma pro výkon nebo vyšetřování, jakož i projednávat všeobecné otázky týkající se řádného výkonu spravedlnosti.

## Kapitola II.

### Disciplinární tresty

Čl. 113 § 1 Je-li třeba napomenout zaměstnance některého tribunálu, advokáty nebo prokurátory, obvykle uloží prefekt moderátorovi tribunálu, aby věc vyšetřil, bude-li třeba, také vyřešil a podal o ní zprávu; jeho rozhodnutí, a to i *ex officio*, může kongres odvolat nebo pozměnit.

§ 2 Dojde-li u Apoštolské signatury k disciplinárnímu jednání, sestaví ochránce spravedlnosti žalobu a s přihlednutím k obhajobě ji potvrdí nebo upraví; poskytně se možnost vyjádření, pak věc projedná kongres.

§ 3 Napomenutí může prefekt učinit i mimo kongres.

Caput III.

De recursibus hierarchicis

Art. 114. § 1. De recursibus hierarchicis propositis, qui ad rectam administrationem iustitiae pertinent, videtur ad normam art. 106, § 1, salvis artt. 107-109.

§ 2. Recurrens potest, rationibus allatis, intra decem dies a Praefecti decreto recepto eius revocationem vel emendationem petere.

Caput IV.

De commissionibus aliisque rescriptis

Art. 115. § 1. Accepta petitione, ut causa Rotae Romanae vel tribunali secus absolute incompetenti committatur, utque competentia tribunalis relative incompetentis prorogetur vel alia gratia quoad iustitiam administrandam concedatur, proceditur ad normam art. 106, § 1, salvis artt. 107-109.

§ 2. Solummodo autem in Congressu decerni possunt concessio dispensationis a duplici decisione conformi in causis nullitatis matrimonii vel commissio causae ad Rotae Romanae Tribunalis iudicium.

§ 3. Petitio beneficio novae audientiae, res ad Congressum defertur.

§ 4. Videndum est hisce in negotiis expediendis num habeatur iusta et rationabilis causa, habita ratione adiunctorum casus et gravitatis legis; ab iis vero quae processum iudiciale essentialiter constituunt dispensari nequit.

Art. 116. § 1. Nisi petitio gratiae, quae ab uno Romano Pontifice concedi potest, in limine reiicienda sit, videtur in Congressu, servatis artt. 106, § 1, et 109: *An SS.mo consulendum sit pro gratia.*

§ 2. Si decisio fuerit negativa, Signatura Apostolica id cum eis, quorum interest, communicat.

Art. 117. Ratio agendi, de qua in art. 106, § 1, adhibetur in approbandis decretis erectionis tribunalium interdioecesanorum vel tribunalibus appellationis, quando

Kapitola III.

Hierarchické rekurzy

Čl. 114 § 1 Ohledně předložených hierarchických rekurzů, které se týkají řádného výkonu spravedlnosti, se rozhodne podle normy čl. 106 § 1 při zachování článku 107-109.

§ 2 Předkladatel rekurzu může z důvodů, které uvede, v rámci deseti dní po obdržení prefektova rozhodnutí žádat jeho odvolání nebo změnu.

Kapitola IV.

Svěření případu a jiné reskripty

Čl. 115 § 1 Stran žádosti o to, aby byl případ svěřen Římské rotě nebo tribunálu absolutně nepřislušnému, aby byla dána kompetence tribunálu relativně nepřislušnému nebo aby byla udělena jiná milost ve věci výkonu spravedlnosti, se postupuje podle normy čl. 106 § 1 při zachování článků 107-109.

§ 2 Pouze kongres může rozhodnout o možnosti dispense od dvojího souhlasného rozsudku v případech nulity manželství nebo o možnosti svěřit případ Římské rotě.

§ 3 V případě žádosti o laskavost nového slyšení se věc svěřuje kongresu.

§ 4 V těchto záležitostech je třeba dbát o to, zda se jedná o spravedlivou a rozumnou příčinu, a prozkoumat povahu okolností případu a závažnost zákona; od předpisů, které podstatně ustanovují soudní proces, dispensovat nelze.

Čl. 116 § 1 Není-li žádost o milost, kterou může udělit toliko Římský biskup, bez dalšího odmítnuta, rozhodne kongres při zachování čl. 106 § 1 a čl. 109: *Zda má být Nejsvětějšímu otci doporučeno udělit milost.*

§ 2 Je-li rozhodnutí záporné, sdělí to Apoštolská signatura těm, jichž se to týká.

Čl. 117 Postup stanovený v čl. 106 § 1 se zachovává při schvalování rozhodnutí o zřízení interdiecézních nebo odvolacích tribunálů, když je schválení rozhodnutí

## ADNOTATIO IURISPRUDETI XXXI.

designationis approbatio Sanctae Sedi reservatur.	vyhrazeno Svatému stolci.
Caput V.	Kapitola V.
De nullitatis matrimonii declaratione	Prohlášení nulity manželství
Art. 118. Quod si Signatura Apostolica videt de nullitate matrimonii declaranda in casibus, qui accuratiorem disquisitionem vel investigationem non exigant, causa, animadversionibus Defensoris vinculi et voto Promotoris iustitiae acquisitis, ad Congressum defertur.	Čl. 118 Rozhoduje-li Apoštolská signatura o prohlášení nulity manželství v případech, které nevyžadují podrobnější šetření nebo zkoumání, svěřuje se případ po vyžádání námitek obhájce svazku a stanoviska ochránce spravedlnosti kongresu.
Caput VI.	Kapitola VI.
De decretis executivitatibus in ordine ad effectus civiles obtinendos	Rozhodnutí s účinkem v civilním právu
Art. 119. § 1. Ad Secretarium spectat, ad instantiam eius cuius interest, decretum ferre ut decisiones executivae in causis nullitatis matrimonii effectus civiles obtineant apud Nationes, quae hac de re conventionem cum Sancta Sede inierunt.	Čl. 119 § 1 Sekretáři náleží zajistit v zájmu toho, jehož se to týká, aby výkonná rozhodnutí v případech nulity manželství získala účinek i v civilním právu států, které v této záležitosti uzavřely dohodu se Svatým stolcem.
§ 2. Si ad rem dubium oriatur, proceditur ad normam art. 106, § 1, salvo artt. 107-109.	§ 2 Pokud dojde k pochybnosti, postupuje se podle normy čl. 106 § 1 při zachování článků 107–109.
§ 3. Pendente impugnatione apud forum iure competens adversus illas decisiones, decretum executivitatibus de more non datur.	§ 3 Pokud trvá spor u soudu právně příslušného ohledně těchto rozhodnutí, obvykle se nevydává dekret o účinnosti.
Art. 120. § 1. Non est locus impugnationi adversus decretum executivitatibus.	Čl. 120 § 1 Proti rozhodnutí o výkonu není opravný prostředek.
§ 2. Praefecti vero est, salvo art. 109 et auditis Defensore vinculi, Promotore iustitiae et Secretario, idem decretum gravi de causa ex officio suspendere vel revocare.	§ 2 Prefektovi náleží po poradě s obhájcem svazku, ochráncem spravedlnosti a sekretářem při zachování čl. 109 toto rozhodnutí ze závažné příčiny <i>ex officio</i> pozastavit nebo odvolat.
Art. 121. In causis de dissolutione vinculi matrimonii rati et non consummati analoga proceditur ratione.	Čl. 121 Analogicky se postupuje v případech rozloučení manželství řádně uzavřeného a nenaplněného.



**TITULUS VI  
DE IURE APPLICANDO**

Art. 122. Quoad ea, quae hac in lege propria non praevidentur, servantur, quatenus applicari possunt, normae processuales codiciales, ratione etiam traditionis canonicae et praxis Signaturae Apostolicae habita.

**Haec itaque auctoritate Nostra comprobamus, decernimus et statuimus, contrariis rebus minime quibuslibet obsistentibus.**

*Datum Romae, apud S. Petrum, die XXI<sup>o</sup> mensis Iunii, anno Domini MMVIII<sup>o</sup>, Pontificatus Nostri quarto.*

**BENEDICTUS PP. XVI**

**ČÁST VI.  
UPLATNĚNÍ PRÁVA**

Čl. 122 Ve věci toho, co není v tomto vlastním zákoně ošetřeno, ať jsou zachovávány, nakolik je to možné, procesní normy Kodexu kanonického práva s přihlédnutím ke kanonické tradici a k praxi Apoštolské signatury.

**Toto vše svou autoritou schvalujeme, rozhodujeme a stanovujeme, přičemž tomu nikterak nebrání žádné překážky.**

*Dáno v Římě u sv. Petra dne 21. června l. P. 2008, v osmém roce našeho pontifikátu.*

**BENEDIKT XVI.**

© 2010 Biskupství brněnské  
Diecézní církevní soud  
Petrov 5  
CZ – 601 43 Brno

*Překlad: Zdeněk Drštka, Karel Orlita*